



DEI-PARENTI SANCTISSIMÆ

D A L A P A

*Ergo ego Virgineas genibus revolutus ad aras
 Hos fundo illacrymans, ore tremente, sonos.
 Mater es, affer opem, & nato succurre precãti,
 Exaudi que meas, Virgo Benigna preces.
 Cogor Palladij discrimina ferre theatri,*

*Ferre que non ausus viribus ista meis.
 Ad te confugio sacrati Numinis aram,
 Te que precor, votis auxiliare meis
 Da tibi si stabilis jam dudum nomina rupes
 Qua mihi perpetuo tutus asylus erit.*

D. V. & C



DEIPARENTI SANCTISSIMAE
D A L A P A

D. V. & C.

Ego ego virginem sanctissimam reuelatus ad me
 Nos facio illucramentis et reuelatus sunt
 Mater et affert opem, et ratio faciente precit
 Exaudi que mori, Virgo benigna precit
 Coram Palladii discretissima fere ibeatit
 Que mihi perbena erunt alijue est
 Da mihi h' habitis iam dudum nomine super
 Te que precor, coram auxiliare meis
 Ad te confugio faciat Invenire aram
 Erre que non aufus vivere ista meis

PRO PRIMO JURIS CERTAMINE SUBEUNDO
PONTIFICIAS
CONCLUSIONES
DEDUCTAS

EX ELEGANTISSIME NOTATIS AD RUBRICAM

De restitutione Spoliatorum.

PRÆSIDE.

Præclarissimo, Acutissimo, ac Sapientissimo

D. D. EMMANUELE A COSTA DE ALMEYDA,
Sacrorum Canonum dignissimo vespertino, Ulyssiponensis Sedis Canonico Do-
ctorali emeretissimo, in Sanctæ Inquisitionis Tribunali iudice integerrimo,
hujus Academiae multoties Rectoris vices gerente, ad omnia,
omnium votis dignitatû culmina, pro meritis, sublimado.

PROPUGNABIT.

GONDICALUS DE ALMEYDA DA FONSECA

Suo quarto juris Canonici anno die *9 Junij* hora *2^a solita vesperæ*

QUÆSTIO PRINCIPALIS INQUIRIT:

Utrum *Committatur spolium absque possessione?* Negat.

PRIMA CONCLUSIO.



RESTITUTIO, de qua in nostra rubrica agitur, à verbo [*Restituo*] originem ducit, & propriè, ac frequentius sumitur pro eo, quod est ad pristinum statum reducere, quod ex ipsius verbi etymologia evidentius aparet; componitur namque verbum [*Restituo*] à retro, & (*Statuo*) quod idem importat, atque in retro statu ponere. Unde inter verba, [*restituere*, & (*exhibere*)] cognoscitur differentia, quia hoc præsentiam corporis solum in re exhibenda requirit; illud autem continet omnem causam, quam quis in statu pristino esset habiturus. Et cum hæc verbi [*Restituo*] propria, ac usitata significatio sit, congruenter infertur, quod si in aliqua dispositione inveniatur tale verbum simpliciter prolatum, in prædicto sensu accipiendum erit. Igitur ex prædicto verbo [*Restituo*] sic accepto, deducitur [*restitutio*] quæ ex sua proprietate, & frequentiori usu describi solet, ut sit [*In pristinum statum repositio*], quæ quidem definitio, seu descriptio omnibus gaudet requisitis, & restitutionis materiæ convenientissimè adaptatur.



GENERICE, vel specificè restitutio sumi potest: genericè cum ad pristinum statum repositionem continet, licèt omnimoda, & totalis non sit; specificè verò est restitutio qualificata cum additamento quod integralis sit; & tunc propria, ac rigurosa ad pristinum statum intervenire debet repositio. Quæ quidem prædicto modo sumpta, aut gratiæ dicitur, aut justitiæ appellatur: gratiæ illa est, quæ ex sola Principis clementia, & liberalitate indulgetur, pro ut est natalium restitutio, & illorum qui sententiam passi sunt, atque aliæ similes. Justitiæ verò est, quæ ex Principum Constitutionibus, vel edicto Prætoris datur tam minoribus, quam maioribus ex pluribus causis in toto jure dispersis, per quam læsis, & deceptis succurritur, ut in statu pristino reponantur. Et prædictæ restitutionis justitiæ, quædam species est nostra spoliatorum restitutio, de qua agimus, cum per illius remedium dejectis à sua possessione justissimè consulatur, ut in statu pristino pacificè reponantur.

TERTIA CONCLUSIO.



SPOLIATI, circa quos hæc vertitur restitutio, per hoc nomen designantur, quod à verbo [*spolio*, seu *spolior*] derivatur, & idem significat, ac exuere, nudare, seu privare bonis, quibus secundum nostram rubricam spoliatus dicitur, qui ab eorum possessione spoliatur, seu vi dejicitur; & in nostro jure Canonico spoliatus nuncupatur, quanvis attento jure Civili dejectus dicitur. Ex quo rectè colligitur, quod duo ad comittendum spolium requiruntur, & ut quis spoliatus, vel dejectus proponatur, scilicet ex parte spoliati possessio, & ab adversario spoliationis actus: sine possessione enim spolium nequaquam committi potest. Unde cum in juribus incorporalibus consideretur secundum jus quasi possessio, si in illa quis spolium patiat, hoc restitutionis remedio liberè uti potest, quia hæc impropria, & quasi possessio, quo ad juris effectus idem operatur, ac si vera, & propria possessio esset.

QUARTA

QUARTA CONCLUSIO.



UM sit manifestum sine possessione spoliū minime committi posse, rectè, & indubitabiliter sit consequens affirmare interdictum unde vi, & remedia possessoria ad restitutionem consequendam nulli competere, qui prædicta possessione careat; nam cum tale remedium sit inductum ad inuasorum, seu spoliantium nequitiam coercendam, & spoliatorum indemnitatem servandam, si non detur possessio, non insurgit damnum, cuius restitutio implorari possit. Ac nec ubicunque possessio sufficiens est, ut competat interdictum, & restitutio cum effectu illicò subsequatur; nam in rebus mibilibus, in quibus certè possessio datur, pro illis competit interdictum tantummodò, cum respectu alicujus rei immobilis veniant accessorie. Secus verò si res mobiles per se principaliter attendantur, nam tunc pro illis non competit interdictum, quia pro illis consequendis ordinaria, & civiles competunt actiones.

QUINTA CONCLUSIO.



DA T O, quod ad interdictum unde vi, sit necessaria possessio, ut ea spoliatus prædicto remedio uti possit; ea propter venit discutienda quæstio; utrum talis possessio ad spoliū requisita necessaria sit tempore, quo quis est spoliū passus, & vi dejectus; itaut cum respectu ad prædictum tempus talis possessio sit probanda? Et cum super hoc juris articulo absque dubio affirmativa sententia sit sequenda, circa quod sane nihil pugnant inter se D. D. perdifficilis tamen exinde suboritur disceptatio, an necessaria ad interdictum possessio tempore spolij verè, & propriè probanda sit? Seu potius sufficiat, quod præsumptivè probetur, anteriorem nempe possessionem probando? In qua equidem quæstione, quod vera, & propria possessio in ipso dejectionis, seu spoliationis tempore sit probanda, & anterioris probatio non sufficiat, licet nonnulli D. D. teneant; attamen aliorum placito inherentes, quod sit sufficiens, ut ipsa possessio prædicto tempore intervenisse præsumatur, non erubescimus affirmare.

SEXTA CONCLUSIO.



MULTIPLICITER solet in jure possessio adipisci; non semper enim acquiritur vera, & propria possessio, aliquo scilicet corporali actu apprehensa, quia saepe per actus fictos, & à jure approbatos, ut per visum, & oculorum aspectum possessio ipsa nanciscitur; prout etiam videre est in clausula constituti, reservationis usus fructus, & similibus; in quibus controuertitur, & communiter à D. D. excitatur, utrum in praedicta possessione taliter sine facto acquisita spoliium, seu violenta dejectio committi possit, cum ea qualitate, ut exinde competat interdictum? Et cum praedictam possessionem, ut legitimam reputemus, consequens sit etiam affirmare, ab ea dejectum vel spoliatum, ad illam iterum consequendam, interdicto unde vi, ac remedijs possessionis uti posse; siquidem in tali possessione est, quæ ut legitima, juris remedijs non debet esse destituta.

SEPTIMA CONCLUSIO.



QUOD ad spoliium semper possessio requiratur, ut tamen illius recuperandæ remedium competat necessarium non est, ut justa sit, ac lege comprobata; immò sufficiens est quo ad hoc injusta possessio; ac per consequens injustis possessoribus expulsis nostra restitutio concedenda est, quia nihil interest possessio sit justa nec ne, utraq; enim in ratione possessionis est vera possessio, cum ipsius essentialia in una, & altera possessione concurrant; & in spolio ad illius restitutionem concedendam, quod principaliter attenditur est spoliatoris odium ad illius audaciam puniendam, qui propria authoritate alium à possessione deiecit. Unde quæri solet, utrum praedicta resolutio procedat etiam licet possessor prædo sit, vel alius quilibet violentus possessor? Et cum veriori opinione sustinenda est affirmativa sententia, ut ei proculdubio succurratur, qui si à sua sit possessione dejectus remedium recuperandæ poterit intentare.

OCTAVA

OCTAVA CONCLUSIO.



D E O verum est, ut injustus possessor, licet prædo, & violentus sit, possit de expulsionem agere possessorium remedium intentando, ut procedat etiam eo in casu, quo ipsam furtivam, ac violentam possessionem, ab eo, contra quem de espolio agit, fuerit consecutus, justissimè enim constitutum est ad espoliantium nequitiam refranandam, qui jus sibi dicere præsumunt deicientes alios à possessione sua, in quo Reipublicæ tranquillitas maximè periclitatur. Quare interdictum unde vi huic vim passo minimè denegatur. Suboritur tamen dubium; utrum alicujus rei immobilis nudus tantum detentor, si violenter sit à sua detentatione dejectus, hoc remedio possessorio uti possit? Et absque formidine tenendū est illi non competere, nec etiam quando talis detentor suam detentationem, & insistentiam habet à depositi, locationis, vel similis alterius contractus titulo procedentem.

NONA CONCLUSIO.



D E T E N T A T I O rei à locatione proveniens, licet non efficiat, ut expulsus ab ea interdictum unde vi possit intentari; ex hoc tamen non levis insurgit quæstio ventilanda. Utrum talis resolutio in conductorem ad longum tempus similiter protelatur? In quo juris articulo affirmativam sententiam amplectimur defendendam: & nilmirum, cum iste talis verus possessor non est, sed nudus tantum detentor; locatio enim, nec dominium, nec possessionem transfert: ideo que conductor expulsus per remedium possessorium interdicti non poterit iterum ad rei conductæ detentationem redire. Quod similiter etiam est de creditore dicendum, qui si à re sibi pignorata per violentiam sit dejectus recuperandæ possessionis interdicto uti nequibit, cum tale remedium possessorium ei reperiatur in jure confessum.



CONIMBRICÆ *Superiorum Gratiâ:*

Apud JOANNEM ANTUNES Anno Dñi 1698.

OCTAVA CONCLUSIO.

Handwritten note: De octava

DE OCTAVA CONCLUSIO. Verum est, ut in iustis possessoribus, & violentis sit posse de expulsiōe agere per remedium intendendo, ut procedat etiam eo in quo ipse ipsam iustitiam, ac violentiam possessionem, eo, contra quem de expulsiōe agit, iure consecutus. Iustitiam enim constitutum est ad expulsiōem iudicium, tam iustitiam, quam ius sibi dicere, et iustitiam de iustitias alios a possessione sua, in quo Republice transgressas maxime periclitatur. Quare interdicitur tam adde vi sine iure iudicium debeat. Suboritur tamen dabitur, ut ius aliquid rei immobilitatis iudicium debeat, si violenter sit a iudice detentione debeat, hoc remedium possessionis non posse. Et ad hoc iudicium tenenda est illi non competere, nec etiam quando talis detentio non detentorem, & iustitiam habet a deponit, locutionis, vel nullis aliquid coram iudice procedentem.



NONA CONCLUSIO.

DE NONA CONCLUSIO. Etenim rei a locutione proveniens, licet non officiat, ut expulsiō ab ea interdicitur unde vi posse intendi; ex hoc tamen non tenet iudicium de iudicio veniendum. Cum talis locutio in conducto rem ad longum tempus similiter procedat; in quo ius articulo affirmativam tenentiam amplectitur detendendum; & dilatum, cum sic talis verus possessor non est, sed nudus tantum detentor; locutio enim, nec dominium, nec possessionem transferit: ideo que conductor expulsiō per remedium possessionis interdicitur non poterit iudicium rei conducte detentorem redire. Quod similiter etiam est de creditore dicendum, quia si se sibi pignoratam per violentiam sit debeat recipiendae possessionis interdicitur non poterit, cum tale remedium possessionis ei repetitur in iure constitutum.



COMBRICE: Superiorum Gratia:
Apud JOANNEM ANTUNES Anno Dni 1698.